aut extraneus proprium ipſorum Incola

interemerit, extunc medietatem suorum
pœna capitalis, pro se tollent recipient at lena
bunt. Conservimusq3 eidem Joanni et ipsius
legittimis successoribus infra limites di
ctorum maneriorum omnes causas tam ma
gnas quam parvas criminales et Civiles
indicare. carceres et patibula erigere, omnes
excessus et delicta punire aqualitatem pene
pro equalitate criminis imponen licet vin
dicta sanguinis effusionem membri muti
lationem aut ultimum supplitium exigat
vel deposcat. Jubentes prædictum Joannem
ampliori gra prosequentes: ipsum et ipsius
legittimos successores ab omnibus pecu
niditialibus magnis et parvis nris Ducali
bus et omnium Judicum et Subindicum
nrorum Latinorum Castellanorum offi
tialium Dignitariorum Ministerialium sive
Officialium quorumcunq3 liberamus &
eximimus prout et per presentes liberamus
pœna Quinquagenali duntaxat excepta
quam nobis et nris successoribus imper
petuum reservamus solvendam. Cuius
pœne quinquagenalis Judici Quatuor Sub
indici vero duos grossos totiens quotiens
ipse Joannes et ipsius legittimi successores

et nulli alteri solvent et nutibus solvere
astringentur imperpetuum. Quare sit li-
citum predictis Joanni et ipsius legitimis
successoribus prefatos mansos, cum omni
iure ac utilitatibus preberiptis, tenere ha-
bere regere gubernare utifrui pacifice &
quiete temporibus perpetuis possidere
Necnon dare donare, vendere commutare
alienare obligare, et ad usus suos benepla-
citos convertere, prout sibi et ipsius legiti-
mis successoribus, melius et utilius vide
bitur expedire. Nostra tamen et nostrorum
successorum voluntate in premissis mo
re solito principale requisita. In cuius rei
testimonium, sigillum nostrum maius, de
certa nostra scientia presentibus est appen-
sum. Actum et Datum in Lublow sko
feria Secunda, infra Octavas visitacionis
Virginis Marie, Anno domini Millesimo
quadringentesimo Septuagesimo sexto
Presentibus dominis, Nicolao Wanosz
de Dobrzankowo Palatino Masovie, Ste-
phano Plocen, domino Alberto de Bartsch
ky Sacrocinien. Jacobo de Golimino Gne
sanomien Castellanis: et aliis plurimis

fidedignis circa premissa testibus. Datum
per manus Magei Ratzibory de Golicierco
Cancellarij Mazovie, qui a nobis presentia
habuit in communibus. IN NOMINE
DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei
memoriam. Casimirus dei gra dux Ma-
zovie Russie, Terrarum Llocen, Ranen
Sochaczoviensis, Costinen, Wisegradien
dominus et heres Wisnen et Belzen: nec
non Cuyus Llocen. Significamus tenore
presentium tam presentibus quam futuris
harum noticiam habituris, quibus expe-
dit qualiter vniuersis. Quomodo consi-
deratis et inspectis, probitate constantia
meritis et seruitijs, que nobis et nostris
germanis, parentibusq3 nris ducibus Ma-
zovie, Magnificus dominus Joannes de
Lippa Castellanus Wisnen sincere et
grate dilectus, multipliciter et constant
fideliterq3 impendit, et adhuc impendere
non desistit, et in futurum ardo fideli-
tatis studio se cum suis posteris nobis et
nris successoribus ad impendendum offert
promptum et paratum. Horum merito-
rum ob respectum gra et fauore prosequi

volentes: ipsum Joannem et ipsius legitimos successores, villasq3 ipsorum Vinyeski Gunnowo et Ganino, in Uocen et Wisgegradien terris iacentes. Ac dictarum villarum, omnes et singulos Kmethones et incolas, et alios quoscunq3 inhabitatores ab omnibus et singulis censibus ueris contributionibus datis nuptialibus. angariis et praeangariis ac solutionibus et penis quibuscunq3 nominibus nuncupentur et quomodocunq3 excogitatis & inuentis, aut quae cunq3 per successores uros fuerint adinuenta aut inposita Et etiam ab omnibus laboribus ueteribq3 et nouis ac reformatione Ciuitatum oppidorum Castrorum, et quorumcunq3 fortaliciorum uiorum, liberamus eximimus absolumus et excipimus: et per petuos prefatum Joannem et ipsius legitimos successores incolasq3 Sen Kmethones villarum predictarum excepimus et imperpetuum liberamus Quanquam superioris numeri et quantitatis maioris census uri summa nobis et

ris predecessoribus de villis Vnijeczkij
Cunowo et CZamino, singulis annis sol-
uebatur: penbatis tamen et inspectis grat
seruitiis ac commendabilibus virtutibus
et meritis, quibus nobis, prefatus Magnus
Ioannes Lippskij Castellanus, non minus
vtiliter qz constanter meruit et complacuit
mereriqz et complacere non desinit quan
ad hyuimodi seruitia nra de promptio
cupientes facere promptiorem, et ct cetteri
nra liberalitatis munificentia allecti, ad
pacia seruitia virtutum exercitia &
laudabilia merita feruidius inardeat
Censum suoi vrum de villis prescript
Vnijeczkij Cunowo et CZamino ipsius Joan-
nis nobis dari et solui constituimus mino-
rauimus, et minoris numeri et summa
imperpetuum posumus. Jta tamen quod
omnes et singuli dictarum villarum su-
cola et Knechtones, de quolibet manso cul-
to et pobere, singulis annis perpetuis
temporibus, pro quolibet sancti Martini
festo per vnum grossum moneta corter
in terra currentis, nobis et vris succes-
soribus solucre teneantur, et presentibus

sint astricti. Insuper ipsum Joannem
ampliori gra prosequen: ipsum et ipsius
legitimos successores, ab omnibus et sin-
gulis penis magnis et parvis judicialibus
meis ducalibus, et omnium ac singulorum
dignitariorum meorum judicum et sub-
judicum, Latatinorum, Castellanorum
officialium et ministerialium quorumcunq;
et quacunq; perfulgeant dignitate, tanq;
sic nominatim et specifice expressorum
absolvimus excipimus, eximimus et libe-
ramus et per presentes liberamus per-
petue et in æmum, pœna quinquagenna
li duntaxat duntaxat excepta. Cuius
pœnã quinquagenalis nobis et nostris
successoribus, omnium grossum monetæ
communis in terra emerentis communi
ter, ipse et ipsius legittimi successores
totiens quotiens eam Judiciatr incurre-
rint, solvent et pagabunt in perpetuum
In cuius rei testimonium sigillum no-
strum mains, de certa ñra scientia pra-
sentibus est appensum Actum et Datũ
in Mediolano vigesimo feria secunda proxima
ante Sancti Georgij. Anno dñi Millesimo

Quadringentesimo Septuagesimo Secundo
Presentibus dominis Cristophoro de Campa
Palatino Plocen. Ziemak de Bornkowo Castel-
lano Wiszegradiensi, Stiborio de Curozwanij
Judice Cracouien, Joanne de Naguszino
vexillifero et Joanne Liszkowskij Tribuno
Vyszegradien, et aliis quamplurimis fide-
dignis testibus circa premissa. Datum per
manus Magri Ratiborij de Golicziowo Can-
cellarij, qui a nobis presentia fabut in comissis
IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad per-
petuam rei memoriam. Casimirus dei gra
Dux Mazouie Russiaq3. Terrarum Plocen
Rauen. Sochaczouien. Gostinien. Wyszegradien
dominus et heres Wisnen. et Belzensis: nec
non Cuis Plocen. Significamus tenore pre-
sentium tam futuris quam futuris, quorum
noticiam habituris, quibus expedit quale-
vniuersis. Quomodo propter fidelia serui-
tia, Generosi Joannis de Lippa Judicis
Zacrocziensis, predecessoribus suis et nobis
multipliciter exhibita, et ad que se, eius-
sus legittimis successoribus reddit in
futurum promptiorem, de innata gratia
sua et speciali munificentia Ducali: pro-
et suos successores remunerare cupientes

o

Villas ipsius et incolas earum Quinowo ac etiam et Zamino in Wissegradiensi terra sitas liberamus et absolvimus, a conscribus vris Dnealibus Sancti Martini vezt quod incola sive kmethones dictarum villarum nobis et successoribus vris de quolibet manso cultо et possessо per Dnos grossos Lragen ad diem Sancti Martini singulis annis temporibus perpetuis dare et sol vere tenebuntur. Et omnibus vero aliis et singulis solutionibus collectis contributionibus et laboribus vniuersis: et a laboribus omnium Castrorum antiquor et nouorum Et ab omnibus angarus et Pangarijs quibuscunqs nominibus vocitentur. Et eciam ab omnibus iuditijs dim iudicum vrorum Lalatinorum Castellanorum, sint penitus liberi et exempti Jnsuper dictum Joannem ampliori gratia prosequentes, et suos successores legitimos ab omnibus et singulis iuditijs iudicum Lalatinorum, Castellanorum cae terorumqs dignitariorum vrorum, et eor officialium, tanquam sic nominatim et specifice expressorum, absolvimus eximimus et presentibus perpetue liberamus

Quod coram ipsis, in omnibus causis, tam ma;
gnis quam parvis respondere non tenebunt
cuiqz forensium adversariorum, nisi coram ma
jestate Ducali aut nostrorum successorum
dum per Wann, annuo iuro aut iurorum suc;
cessorum sigillatam citati et evocati fuerit
Et si ob foc, in aliquibus parvis magnis aut
parvis judicialiter fuerint condemnati, nulli
eas de numero Dignitariorum predictorum
vel iporum Officialium solvere debent, nisi
pro parte nra Ducali et nrorum successo
pro qualibet pena quinquagenali decem gr
nobis et nris successoribus solvent et solvere
sint astricti. Ab aliis autem parvis tam
magnis quam parvis sint liberi et penitus
exempti. Ht damus dicto Joanni, et suis suc;
cessoribus legittimis, quod quemlibet indi;
catum hominem vel personam ad penam
sen mortem, aut ad mutilationem cuiuscqz
condemnata possint libere mittere: ipsum
et ipsius successores nulla ex eo sequente
pena. Ceterum ratione donationis vo;
luntas quod dictus Joannes, et sui legitti;
mi successores, cum una lorica ad expedi;
tionem cum terrigenis viris, aut nrorum
successorum quotiens nobis et nris succibus

opportunum fuerit, uris aut uxorum suc
cessorum in expensis seruire debent et te
neantur ab egressu domus suæ usq3 ad re
gressum domus suæ. Si autem ipsum so
rorem et ipsius successores legitimos co
tigerit damnum magnum siue parvum in
quacunq3 expeditione percipere, id damnum
sibi et suæ posteritati solvere debebimus et
tenebimur. In cuius rei testimonium si
gillum unum manus, de certa sua sciencia
presentibus est appensum. Actum et Datt
in Ploczko feria Secunda in vigilia Annun
tiationis sanctæ Mariæ. Anno domini Mil
lesimo quadringentesimo Septuagesimo
primo. Presentibus Magco et Generosis
Christophero de Campa Lalatino. Stepha
no de Schilno Castellano, Andrea de Car
sij Judice. Zawissio de Cumraschicz Vexil
lifero. Andrea de Borzewo Dapifero Vocen
Iacobo de Lupkij Marschalco Mazovien. &
alijs quàmplurimis fidedignis testibus
circa premissa. Datum per manus Ma
gnifici Ratiborij de Colicziewo Cancel
larij qui a nobis petita fabricit in comissis



In nomine domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Conradus

Cazimirus Boleslaus et Joannes dei gratia
duces Masovie etc: necnon domini et here-
des terrarum Lłocen. Gnesnen. Rauen. war-
schovien. Sochaczovien. Gostinen. wisegra-
dien. Zacrocznien. Ciechanovien. Wisnen
et Belzen. Significamus tenore presentium tam
presentibus quàm futuris. harum noticiam ha-
bituris quibus expedit universis. Quod animad-
vertentes prona et fidelia servitia nobis
per Nobilem Joannem de Lyppa Subindicem
Zacrocznien. exhibita et impenda ad quа an-
cto fidelitatis studio, vna cum ipsius hered-
ibus imposterum exhibenda, nobis et nris succes-
soribus se reddidit promptiorem. Horum me-
ritorum ob respectum, cupientes ipsum Joan-
nem et suos successores legittimos de inma-
ta nobis clementia Speciali gra visitare et
infrascriptis in ribus illustrare: Ipsum Jo-
annem et suos legittimos successores, ab
omnibus et singulis pariis omnium et sin-
gulorum Dignitariorum nrorum tamquàm
sic nominatim et specifice expressorum
etiam quacumq; perfulgeant dignitate
absolvimus eximimus, putibus et liberamus
perpetue et in annum. Nobilis vero pauis
Vxalibus, tam magnis quàm parvis dumta-

xat exceptis. Ita tamen quod quotienscunqz
et quandocunqz predictus Joannes et eius legi-
timi successores, in ipsis penis condemnatus
vel condemnati fuerint, tociens ipsas penas
solvere teneantur. Verum tamen a qualibet
pena quinquagemali, volgariter pianczdsic,
bjatszna dicta, nobis et ipsis successoribus
decem. Judici vero unum. Subindici medi
um grossum solvere sint astricti, toticns
quotiens in ipsis penis fuerint Juditialit
condemnati. In cuius rei testimonium
sigillum Praclari Principis domi Bole-
slai foelicis recordy Ducis Mazovie etc
patris uri Caribbinii mains de certa ura
scientia presentibus est appensum. Actu
et Datum in Lollsowsko, feria Tertia
proxima post Dominicam Judica. Anno
domini Millesimo quadringentesimo se-
xagesimo tertio. Presentibus domis Nico
lao de Crassowo Wisnen. Nicolao de
Dobrzankowo Cirnen Castellanis. Joanne
de Kriesko vicecancellario, et alis quam
pluribus Nobilibus fidelibus uris et fi-
dedignis testibus circa premissa Scri-
ptum per manus Matsia Alberti de Tar
nowo Plocen Warssowien. Canony Recto-
ris parochialis in Chirsko Ecclesiarum

Et Curie nre Cancellarij, qui presentia
habuit in commissis. IXXOMIC
DOMIXI AMEX. Ad perpetuam rei
memoriam. Decet excellentiam Principu
suorum commodis intendere subditorum
vt dum eorum profectibus inuigilent, ipos
in honoris sui promotione et seruitiis ben
liant promptiores. Nouerint nos Boleslaus
Dei gra Dux Mazouie Russie: necno dnus
et hæres terrarum Warbzhonien Sacrozimen
etc. Significamus tenore presentium qui
bus expedit quatinus vniuersis, tam futuris
quam futuris, harum noticiam habituris
Quodno inspectis et consideratis grate fide
litatis seruitiis. Magci Joannis Lipskij Ca
stellani Wisnen, bijncere et grate nobis di
lecti, nobis per ipsum impensis, et in futuru
ancto fidelitatis studio, adimmante dominio
impendendis et exhibendis. Horum igr
meritorum ob respectum. Sibi Joanni Ca
stellano, ac suis legittimis successoribus
super bona hereditaria, per ipsum nobis
in Ducatu emenda, acquiren et comparan
dis Theutonicum seu Culmen dedimus
et donauimus. Ac ipsa bona hereditaria
de iure Polonico in Jus Theutonicum

quod Culmen dicitur. Cum omnibus
dispositionibus punctis articulis et clau
sulis universis transtulimus et transmu;
tamus, transferimusq3 et transmuta;
mus. Verum quia pro hmoi iuris et gra
donatione, omnes et singuli incole seu
Knechtones in dictis bonis, emendis acqui
rendis et comparandis locati et locandi de
quolibet manso cultо et possessо. singulis
annis perpetuisq3 temporibus ad quodlzt
festum sancti Martini. Confessoresq3 et Epi
veneran, non plus quam per Unos grossos
numeri et moneta communis in tra
currentis, ratione anni census nobis
et nris successoribus dare et solvere te;
nebuntur. In cuius recompensam vo;
lumus Quod omnes et singuli incole
seu Knechtones predictorum bonorum emen
et comparandorum, ab omnibus nris so;
lutionibus, exactionibus, contributioni;
bus, laboribus, redditibus, et a ceteris col
lectis gravaminibusq3 ipsius Juris Colo;
nicalis, angarius, praeangarius qualiter
universis, sint soluti liberi penitus &
exempti. Castrorum nonorum nrorum
etiam et antiquorum laboribus specialiter

exemptis: a quibus incolas predictos abbol
vimus et liberamus Eo presertim excepto
quod cum amplias nras aut puerorum no
strorum sexus utriusq3 nos divina dispo
sitione celebrare, aut terram redimere vel
aliam emere. sed quod absit nos vel quem
piam ex filiis nris captivitatem incur
rere contigerit: tunc volumus quod incola
predictorum bonorum, tantam et talem no
bis et nris successoribus persolvant exacti
onem, quantam et qualem super alias villas
in simili jure Culmen locatas qualiter
duxerimus imponendam. Preterea ab
solvimus omnes et singulos incolas predictos
ab omnibus nris judicijs omnium judi
cum. Subjudicum Palatinorum Castel
lanorum officialium et ministerialium
quorumcumq3. Sic quod de cetero per eos
dem non judicentur neq3 citentur &
citati non comparent, pena eosq3 nulla
sequente: nisi coram prenominato Joane
Castellano et ipsius legittimis succes
ribus, aut eorundem Scultheto Jure pro
prio Theutonico Culmen vicinq3 de
ipsis querentibus ad objecta respondere
bunt. Preterea damus predicto nro

fidelj grate dilecto, et eius successoribus le-
gittimis. Quod quotiens et quandocunq3 succe-
sa predictorum bonorum mutuo se occi-
derint, totiens integram panam suoi ca-
pitis pro se recipient. Cum vero proprius
extraneum, aut extraneus ipsorum propri
um incolam interemerit, tunc volumus
quod medietatem suoi pene capitalis pro
se tollant, recipient et lenabunt. Item
damus predicto Joanni Castellano grate
nobis dilecto, et eiusdem legittime poste-
ritati. Omnes causas tam magnas quam
parvas, criminales et ciuiles indicare
infra familias predictorum bonorum
carceres et patibula erigere, omnes ex-
cessus et delicta punire, equalitate pene
pro equalitate criminis imponendo li-
cet vindicta sanguinis mutilationem
membri aut vltimum supplicium exi
gat vel deposcat. Jubemper cupientes
ipsum Joannem Castellanum, maiore
et speciali gra prerogatiua reddere
consolatum. Ipsum et ipsius legittimos
successores, absoluimus et liberamus
ab omnibus iuditiis nris communibus
omnium Judicum Subiudicum Lata
tiorum. Castellanorum officialiu

& Ministerialium quorumcumq3. tanq3
fic nominatim et 6pecifice expre66orum
Quotiens enim et quandocumq3 ad instanti
am quarumcumq3 perbonarn, citatus tracty
comentubne fuerit ad prafata Inditia co
mmnia: tociens mlli imi parere et respo
dere tenebitur, neq3 bni bnecebbores legiti
mi tenebuntur: pana eobdem ob non com
paritionem et non responbionem mlla
sequente. Ad Intiam autem mam leib
signeto mro Dncali conbignatib, quotiens
fuerint citati et enocati totiens vnicuiq3
imi parere et respondere ad obicota deiib
querulanti tenebuntur institicatmi per
petne et in amm. Postremo abbolumg
eximimus et liberamus prædictum Joan
nem Castellanum. ipbumq3 legittimam
posteritatem, ab omnibus panis magnis
et parvis. omnium et singulorum Judi
cum. Subindicum Palatinorum Castella
norum Officialium et Ministerialium
quorumcumq3 tanquam fic nominatim
et specifice expressorum. Vt quotiens et
quandocumq3 Huiusmodi panas incurrit
et in ipsis Inditialr condemnati fuerit
totiens illas mlli de mumero Jonora

tornm prescriptornm dare et solnere obli
gabnntur: pena quinquagennali dumta
xat excepta. Cuius pene quinquagenna
lis quotiens in ipa inditi aliter fuerint
condennati ipse Joannes et sui legittimi
successores, tociens non alteri quam nobis
et nris successoribus quinq3 grossos gros
sorum numeri monetaq3 communis in
terra currentis dent solnent et pagabunt
solnereq3 putinm tenore sint astricti per
petno et in annm. In cuius rei testimo
nium sigillum nrum maius de certa
nra scientia presentibus est appensum
Actum et Datum in Warschonia feria
Quarta Cinerum. Anno domini Mille
simo quadringentesimo Septuagesimo
Septimo. Presentibus dominis Nicolao
de Bogatsse Wanss. Palatino Masovia
Jacobo de Mienssko Cruen. Andrea de
Rabsztynesse Warschonien. Castellanis Ni
colao Druzbicz de Zarnstorwo vexillifero
Warschonien et Curia nra Marschalco
Et aliis quamplurimis fidedignis testibz
circa premissa. Scriptum per manus
Venerabilis et Egregij viri Mgri Petri
de Cgotbkowo Medicine Doctoris Canci

Uocen Warsogonien Lowsen in Chirsko et
Makow Curati Ecclesiarum, et Curia nra
Cancerij, qui fidelia a nobis habuit in comissis
BOLESLAVS et Ioannes Dei gra Duces
Mazouia et Russia etc. Significamus et
tenore psentium recognoscimus, quibus expe-
dit qualiter vniuersis. Quomo seruitiorum
merita, qua nobis et nris predecessoribus
Magens Ioannes de Dzyra Castellanus Wi-
slicensis nobis sincere dilectus, a multis te-
poribus multipliciter exhibuit, et in post ex-
hibiturus est, dignis premijs volentes com-
pensare. Sibi pranominato Ioanni Castella-
no Omnia Jura, quibuscunq3 bonis seruien
tia, ac bona hereditaria, quaecunq3 jura
et bona hereditaria, ipse pranominatus
Ioannes Castellanus habet a Serenissimo Prin-
cipe ac Dno in Cristo patre domino Ka-
zimiro Dei gra Duce Mazouia et Russia
etc Epo Uocen. Illustri fre nro caribissimo
hmodi jura et bona hereditaria pfata
Ioannis Castellani, puti litera nra, con-
firmamus, ratificamus et approbamus
robur perpetua firmitatis obtinere. In cu-
ius rei testimonium sigilla nra putibus
sunt appensa. Actum et datum in Za
erocsim feria Sexta ipso die Sancti

Elizabeth. Anno domini Millesimo qua
dringentesimo Septuagesimo Tertio
XOSitaq3 Sigismundus Augustus Rex
prefatus. Supplicationibus Venerabilis
Stanislai Gumowskij benigne annuentes
literas preinsertas, omniaq3 alia et sin;
gula in eis contenta, in omnibus et singulis
earum punctis, clausulis conditionibus ar;
ticulis, innouandas, ratificandas approban
et confirmandas duximus, prout innouamq
ratificamus. approbamus et confirmamus
Earum seria literarum. Decernentes illas
robur perpetuæ firmitatis obtinere de;
bere. In cuius rei fidem et firmius te;
stimonium sigillum nostrum præsenti;
bus est appensum. Datum Liotgrconia
in Conventione Regni generali fe;
ria Tertia ipso die festo Sancti Ioannis
Baptistæ proxima. Anno domini Millesi
mo quingentesimo quinquagesimo. Re;
gni vero nostri Anno vigesimo Pri;
mo Præsentibus quibus supra
Rstio
Rudi in Libro patris Dom
Samuelis Maciejowskij Epi
Cracovien et Regni Pri Cancellarij

Resignatio ville Dambrowka Nobilibus Jacobo Stanislao et Michaeli Rusieczkim per venerabilem Gregorium Dambrowski facta

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c quomodo ad nra Mtis Regia veniens presentiam Venerabilis Gregorius Dambrowski filius olim Nobilis Matthie Dambrowsky de Zuena, Decretorum Doctor, et Ecclesie sancte Anne Crac Prepositus de terra Calissien et districtu Kozmen: a terra & districtu suo recedendo: non compulsus non coactus nec aliquo sinistro animo deductus: quinimo sanus mente pariter & corpore existens, et suorum amicorum salubri usus consilio, maturaq3 deliberatione intra se prefabita, publice et per expressum recognovit. Quia bona sua hereditaria, vgt totam villam suam hereditaria Dambrowka nuncupatam in terra Calissien et districtu Kozmen consistentem, cum totali ipsius ville heredilate. Se cum omni iure dominio et pro-

proprietate, titulo q3 hereditario. Necnon
cum omnibus ad ipsa bona pertinen &
quomodocunq3 spectan et utilitatibus numeribus
dictis bonis pro se et suis successoribus reser-
vauit sen excepit: ita tale longe circumfe
rentialiterq3, prout prefatorum bonorum
hereditas, inter villas Slupij et Sobiejuszij
se in suis metis et limitibus extendit. Om-
neq3 jus suum hereditarium et proprietatis
prout et solus tenuit, habuit et possedit, ip-
sisq3 antecessores, tenuerunt, habuerunt
et possederunt. Nobilibus Jacobo Sta-
nislao et Michaeli Russieczkijm alias Jed-
bienskijm de Sedebno heredibus, fratribus
germanis, dono perpetuæ et irrevocabilis
donationis, dedit donauit perpetuo et in
annum, irrevocabiliterq3 resignauit &
inscripsit, prout dat donat inscribit et re
signat Jarunn seric literarum perpetuo
et in annum. Per prefatos Nobiles Rus
sieczkie alias Sedbienskie et ipsorum Succes
sores, tanquam veros et legittimos here-
des, predicta bona hereditaria Villam
Dambrowka, tenenda, habenda, et perpetuo
possidenda, et ad eorum beneplacitos conver-

tenda. Et iam pradictus Venerabilis Gre-
gorius Dambrowskij exnunc pront extunc
et extunc pront exnunc dat et dedit reale
intromissionem et actualem possessionem
in prafata bona hereditaria, villam Dam-
browka prafatis Nobilibus Rusiecgkim
et ipsorum successoribus, per Ministeriale
terrestrem quemcunqs districtus illius Kal-
nen quandocunqs volnerint, iam exnunc per
nos illis additum, et per eos ad hoc simpli-
citer receptum conservandam. Et insuper
Venerabilis Gregorius Dambrowskij, de pra-
fata villa Dambrowka se et successores suos
inscribit et obligat, Quia occasione cuiuslibet
invidici impedimenti, si quod in prafatis
bonis donatis et inscriptis, ipsos Nobiles
Iacobum Stanislaum et Michaelem Rus-
siecgkie alb Albienskije fres germanos aut
ipsorum successores habere contigerit, cosq
et eorum successores, ab omnibus inscri-
ptionibus prioribus si qua sunt, et ab omni
impetitione invidica quarumcunqs perso-
narum iuxta terrestrem consuetudinem
tueri cuinceere et eliberare. Ab omnibusqs
personis sexus et conditionis vtriusqs li-
beros facere tenebitur et erit obstrictus
successoresqs eius tenebuntur et erunt

astricti. Ita quod prefati Rubbiecgkij alb
lgdbienbgkij et ipborum legittimi succebbo
reb, possint pacifice, quiete libere ac integre
vti premissum est bona prefata villam
dambrowka, sine quouis impedimento iuri
dico tenere et possidere, et ad vsus beneplac
citos suos convertere. Ita tamen quia sum
mam pecuniarum, in qua villa eadem
dambrowka, per antecessores ipsius doctor
Gregorij est in vim recemptionis alb nawij
derkow, certis personis inscripta, proprijs
pecuniis soluere, et de manibus eorum qui
illam villam in cuiusmodi summa, in vim
recemptionis na wijderkow habent et possi
dent, eliberare sumptu et impensa eorum
propriis. Qua omnia superius expressa
et in presenti inscriptione una cum tui
tione suprascripta contenta. prefatus ve
nerabilis Gregorius tenebitur, et succes
res sui tenebuntur complere, et in omni
bus satisfacere prefatis fratribus de
lgdebno sub dannis terrestribus, ad sim
plicem verbi assertionem prefatorum
Rubbijecgkijcg alb lgdbienskicg et eorum
successorum sine interventu corporalis
iuramenti occone alicuius impedimenti

Juridici, in prefatis bonis prout superius est expressum: nulla præscriptione terrestri vpo et eorum successores legitimos pro præmissis enaden. Cui præscriptioni pro se et suis successoribus perpetuo renunciat, prout ad aliquam personam præscriptio terrestris pertinet. Sed eosdem fratres de Sdebno tueri et bona prefata liberare semper tenebitur totiens quotiens prefatis Rubbieczkijm als Sdbiczkijm et iporum successoribus opus fuerit. Nulla re exquisita ipsos et iporum successores enaden. In cuius rei testimonium &c. Datum Piotrkowie in Comitiis generali postridie diui Joannis Baptiste. Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo. Regni vero nostri vigesimo primo

Ex libro Rubri in libro priuilegiorum Joannis Maciejowsky Epi Cracouiensis et Regni Poloniæ Cancellarij

Donatio perpetua villarum brzezani kiatnicza ni et podgorze Georgio Lutomirski

In nomine domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Cum in rebus humanis nichil sit firmum et stabile sed fluxa et caduca omnia. Solent Reges et Principes quorum memoriam volunt esse perpetuam, ea monumentis literarum commendare. Quamobrem nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie magnus Dux Lituanie: necnon terrarum etc Significamus presentibus literis quorum interest vniuersis, tam ijs qui nunc sunt q3 qui postea futuri sunt. Quod nos propter merita Generosi Georgij Lutomirskij que nobis in finibus Regni nri sedulo exhibuit et adhuc exhibere non cessat, gratum erga eum nostram declarare volentes. Ipsi et eius legittimis successoribus, de certa sciencia nostra et consensu Consiliariorum nrorum, in puti Comuentu nobiscum existentium: bona ura vgt villas Bezdany Liatkowiczany, et desertam Podgorze in fluuio Ebrucz in districtu Camenecen sitas dari donari et conferri duximus, ita vt damus donamus et conferimus presentibus, iure hereditario titulo q3 perpetuo et irrenocabilis donationis. Cui ipsum

Generosum Georginum Lintonmirskij et eius
successores, villas supernis scriptas. Bezezanij
Liatszmiezanij et desertam Lodgorze, cum
omnibus ad eas pertinen nihil penitus ex
cipien, tam late longe circumferentiatq3
quemadmodum ipsae villae ni suis finibus
ab antigno sunt circumscripta et limitatae
tenen haben ac pacifice et quiete posiden
Cum omnimode dominio et proprietate nec
hereditario temporibus perpetuis, damq
donan, venden, permutanq et in eos quos
illi et successoribus eius videbitur vobis co
nertend ab. Nihil nobis et successoribus nris
Juris proprietatis et dominij in dictis bonis
reseruan. Sed totum in ipsum Generosum
Georginum Lintonmirskij et eius successores
transferen. Salua tamen nobis et Regnis
Regni nri bellica expeditione et contribu
tione Dvorum grossorum quam pro nobis
et successoribus nris in dictis villis reser
uamus. Ipse vero Georgius Lintsomirskij
nobis fideliter et strenue quod facit
seruire tenebitur. In cuius rei fidem &
testimonium sigillum nostrum præsen
tibus est appensum. Datt Liotszconia

in Commentione generali feria Quarta
postridie festi sancti Joannis Baptiste
Anno domini Millesimo quingentesimo
quinquagesimo. Regni vero nostri Vi:
gesimo Primo. Presentibus quibus cum
Sigismundus Augustus
Rex ss.

Similes litere super vil

lam desertam Lustolowcze sup fluvio
Horodnicza in districtu Trembowlien
sem. Generoso Andree Siecsie de Tri:
bus Camenecen. date Liskecomie in Co
mentione quali, sabbato, pridie festi san:
ctorum Petri et Pauli Applor Anno q° sup
Sigismundus Augustus
Rex ss.

Donatio domus Ad uocatialis in Oppido Rubieschow Generoso Andree Dembow ski

Sigismundus Augustus etc. Significamus
presentibus literis quorum interest vniuer

præsentibus et futuris harum noticia habi
turis. Lectas coram nobis esse literas
vras, in papiro scriptas, manu vra subscri
ptas, sigillogz ammullari obsignatas, sanas sal
vas, nullaqz suspitione notatas: supplicas
segz nobis vt eas in pargamenum describere
sigillogz vro maiori communire demanda
remus. Quarum tenor ad verbum est iste
Sigismundus Augustus Dei gra Rex Polo
nie: magnus dux Lituanie Russie Prus
sie Mazovie etc dominus et hæres. Signi
ficamus tenore presentium quibus expedit
universis. Quia nos habentes commenda
tam fidem et dexteritatem ac benemerita
Generosi Andree Dembowskij Capitanei
vri Rubiesoviensis volentesqz eum ad fu
tura servitia vra reddere alacriore sibi
et suis legittimis successoribus Donum
vram Advocatialem, post redemptam per
nos Advocatiam vacantem in Oppido vro
Rubiesow, cum Area fortis, agris, pratis
omnibusqz et singulis de Jure et antiqua
consuetudine ad eam pertinentibus, juri
busqz et libertatibus, privilegiis præro
gativis ac munimentis, dandam donan
et concedendam duximus damusqz donamus

et concedimus perpetuo: teneri habere pos-
sidere vtifrui arendare vendere commutare
alienare donare ac in vsus suos beneplacitos
convertendi. In quaquidem domo omne ge-
nus mercimonij libere ab omni solutione
jura et Civili exercere poterit. Praterea
ipsum Andream Capitaneum unum &
eius successores domum ipsam inhabitantes
vel possidentes. a podwodis omnibusq et
singulis oneribus civilibus quocunq nois
vocentur liberi et liberos esse volumus
quemadmodq ipsa domus ab antiquo libera
fuit. Harum testimonio literarum quibus
sigillum unum est impressum Datum in
Brzesczie die Septima mensis Septembris
Anno domi Millesimo quingentesimo qua-
dragesimo quarto Sigismundus Augustus
Rex subt. Cuiusq supplicationi nostri in-
stae non gratanter annuendi praemissas li
teras in pergamenum describere sigillogue
nro maiori communire iussimus decernen
eas vim et robur debita firmitatis obtine
re debere. In cuius rei fidem datum
Liebschronia feria Quarta post festum sci.
Joannis Baptistae proxima Anno domi
Mo. Do. Lo. Regni vero nri xxi°
Rtio vt sup

Diuisio bonorum inter Generosos Joannem et Stanislaum Bonarowic facta

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quia personaliter comparentes coram nobis Generosi Joannes Castellanus Oswiencznimen Burgrabius Crac. et Capitaneus Rabstinen ex una, et Stanislaus Antiens iur. Biecen et Czchowen Capit. ex altera partibus Bonarowic de Balice fratres germani, filij olim Magci Senerini Bonar de eadem Balice Castellani Sandecen Zupperij Burgrabij et magni Procuratoris generalis Crac. ac Oswiencznimen Zatoriensis Ducatuum Biecensis Rabstinen Czchonensis et in Officij Capitanei legittimi, sani mente et corpore existentes matura intra se deliberatione praehabita et suo ac suorum amicorum salubri vbi consilio sponte libere et per expressum facti sunt et recognouerunt bonorum infrascriptorum post olim Magcam Zofiam predicti olim Magnifici Senerini Bonar patris ipsorum priorib matrimonij consortem, et matre

ipsorum Legittimum ac post praedictu olim
Magnificum Sanctimum Castellanum Syn
decenbem patrem ipsorum ipsos mere natura:
li spectant et denunt bonorum divisionem per
petuam et irrevocabilem fecisse inter se
in forme qui sequitur modum. In primis
divisione perpetua et irrevocabili praefa
to Joanni Castellano Oswiencimien fra
tri seniori cessernut bona hereditaria ma
terna villa vizt Balicze Burow et Sdzeglicze
in terra et districtu Cracovien consisten
quibus adiecta medietas integra villae Osick
cum parte villae et hereditatis Charmeszy alt
sors bonorum villae Charmeszy, quae super
ipsum Joannem et alia sors eorundem bo
norum supra praenominatum Joannem
Stanislaum alterum fratrem ante divi
sionem putem concernebat et pertinebat
cum omni iure quod super utrumq3 concer
nebat, in Ducatu Oswiencimen iacentiu
Quod vero controversiam attinet ratione
dictarum sortium in Charmeszy cum He
rebo Stanislao Rayskiy quicquid sine
de Jure sine per concordiam impendendu
fuerit: praefatus Joannes pro sorte sua atq3
ipsius Stanislai fratris proprius pecuniis

eliberare tenebitur. Insuper eidem Ioanni
Castellano, dimissione perpetua et irrenocabili
cessserunt omnes sortes paterna et materna
Curia eorum integra in Circulo Cracovien
inter famati Ioannis Wanzan ab vna: Et
famati Erasmi Krupek ex alia partibus
domos iacen ab sors Curia eiusdem, super
ipsum Ioannem concernes, et alia sors super
prænominatum Stanislaum concernens, in
qua sorte idem Stanislaus summam Duor
Millium florenorum pecunia se habere præ
tendit, hoc est omne totum et integrum ius
eiusdem Curiæ quodcunqs super eos iure
quocunqs competit, eidem Ioanni dimisione
perpetua et irrenocabili cessit. Cum omni
iure dominio et proprietate titulogs hereditario, cum omnibusqs eorundem bonorum
vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen, coseren et obuentionibus gna
liter vniversis nullis exceptis sine minoratis ita vegt prout prænominata bona &
hereditates ipsorum tum etiam domus prædicta in se ab alis distincta et distimitata
sunt. Praterea idem Stanislaus Bonar
eidem Ioanni fratri suo se inscribit. Ese
forte circa materna bona componendo cum

fratribus minioribus ipse Joannes Bonar de
Gorlibus reliquis fratres minores concernen
in Charmeszij amicabiliter componere non
poterit cum ipsis Decessurum omni iure Se
reditario per ipsum insimul acquisito a qui
buscunqz personis: ea tamen adiecta con
ditione, quod ipse Joannes Bonar tenebitur
reponere omnes summas, quas ipsi predicti
liberando ista bona et acquirendo eorum
Sareditatem, insimul ex communibus pecu
niis exposuerunt vgt partes summarum
tantum de sortibus Charmeszij ad fratres
minores concernentes. Quo facto ipse erit
verus atqz legittimus possessor et Sares di
ctorum bonorum Charmeszij: neqz ipsi Sta
nislao ullum sub amplius competet aut co
petere poterit insi ad summas predictas
et non ad hereditatem dictorum bonorũ
Respectu quorumquidem bonorum supra
nominatorum dimissione perpetua et irre
vocabili. Quorobo Stanislao Bonar Anti
cõ ũro cesserunt omnes et singula sum
ma paterna et materna, in et cum bonis
Capitaneatus Biecen, alb cuper Ciuitate
Biecz et Oppido Cziesskowiczc cum villis
ad illa pertinen omnibus et singulis ipos

fratres Joannem et Stanislaum concernes
vna cum omni et pleno iure adnitalitatis
quodcumqz super vpbob, in eodem Capitanea
tu et cum Advocatia Biecen, simulqz in
eadem existentibus. Necnon cum quarta
parte fortis ac adiffitiorum in eodem exi
stentium extra muros Cracovien post Eccle
siam sancti Nicolai iacen qua super iam
dictum Joannem Castellanum concerne
bat simul cum medietate domus sen La
pidea in platea sancti Floriani alb Thvo
rzijanska nuncupata stara Miniesa, et en
altera medietate domus in tergo eiusdem
domus in platea trambnerbali sancti Joan
nis iacen et Cracz consisten. Cum omni
iure dominio et proprietate: cum omnibusqz
et singulis utilitatibus fructibus proventi
bus redditibus, ac obventionibus generalr
universis nullis exceptis sine minoratis
sic quod spectatus Generosus Joannes Ca
stellanus Osvienczimen de omnibus in
ribus et conditionibus suis quascumqz
super summas et ad vitalitatem super
Capitaneatum et Advocatiam Biecen
domosqz predictas Cracovie existentes
ac partem fortis habuit et se habere pre

tendebat, et super eum quocunq3 spectabat
eidem Stanislao fratri suo minori cessit
condescendit, et omne ius suum in ipsum
transfundit perpetuo. Similiter et eciam
so prædictus Stanislaus respectu primo-
rum, de omnibus supranominatis bo-
nis hereditariis et in Curia ipsi Joanni fratri
suo seniori cedit condescendit in toto &
plenarie in perpetuum, per ipsos fratres ac
eorum legittimos posteros, bona superius no
minata, prout superius descriptum est te-
nenda, habenda, possidenda dari donari ven-
denq et in usus suos suorumq3 successorum
beneplacitos convertendi temporibus per-
petuis. Quamquidem divisionem modo
præmisso inter eos factam, prædicti fra
tres in omnibus punctis clausulis con-
ditionibus et articulis tenere et inviola-
biliter observare debent perpetuo &
in eumm. Sub vadio Decem Millium
florenorum pecunia polonicalis monetæ et nu-
meri, per partem non tenentem parti
divisionem prædictam tenenti ad solue-
dum succumbendi. Et insuper pro ma-
iori firmitate ac subsistentia divisionis
q̃dictæ ipsi fratres se successores q3 atq3

bona ſua omnia inscribunt et obligant pre
ſentibus vnus alterum occaſione praemisso
rum bonorum, taliter ipſis ex diuisione ecc
ſorum vēzt ipſe Joannes eundem Staniſlaū
occaſione ſummarum in Capitaneatu Bie
cenbi et Advocatia quocunqz iure ad preſes
ad illum pertinēn; necnon domorum Cra
conia existentium cum ſorte ſorti. Ipse etia
Staniſlaus praedictum Joannem, ratione bo
norum hereditariorum Balicze Burow Sche
glicze Oſpek et Czarneſij et ratione domus
in Circulo Cracz ſitis, ab omnibus damnis
et impedimentis omnium personarum ſta
tus ſexus et conditionis cuiusvis: praeſertim
a fratribus ipsorum inmioribus Generoſis
Senerino et Friderico: necnon ab omnibus
inſcriptionibus prioribus et posterioribus
necnon citationibus concitacionibus de
bitis oneribus ac vinculis quibuscunq in di
ctis bonis existentibus, importatis et im
portandis et omnibus et ſingulis aliis im
pedimentis et damnis, intercedere tueri
et cuiuscere vnus alterum et eliberare, ac vbi
libet indemnes reddere, toliens quotiens
ipsis opus fuerit, sub vadio Decem Millium
florenorum pecuniae monetae et numeri

Colonicalib, parti præmissa exequeti, per
partem non exequentem ac præmissa in-
fringen ad solueng succumben. Cro quo
quidem vadio vel vadiis occasione præmis
sorum in parte vel in toto non exequtorq
si se aliqua partim earum cum succes-
soribus suis ciitare permiserit: extunc co-
ram nobis aut in suditio nro Regali vel
Terrestri aut Castrensi Crac ad quod vcst
tracta vel citata fuerit, vna alteri respo-
suram se cum suis successoribus sub
mittit in termino primo tanquam in pe-
remptorio. Jn ipsoq primo termino pre
citatis totiens quotiens vna alteri se cum
suis successoribus citare permiserit satis-
facere tenebitur Ipsum primum termi-
num vera vel simplici infirmitatibus
nec aliis quibuscuis modis differen pro
maiori sibi non capien: non euadendo
etiam vna alteram bello, Colloquiis Con-
uentionibus, tam particlari quam gene-
ralibus, prascriptione pæna nec aliis
quibuscuis modis. Et neqs quouis modo
se vna alteri tuendo et protegen sub
amissione sua et suorum successorum
totius causæ. Quamquiq inscriptionum

dimissionib inter predictos Joannem et Sta
nislaum fratres modo premissso factam Nos
ratam et gratam habentes illam auctorita
te nra Regia approbamus confirmamus et
ratificamus, ac robur debite firmitatis ha
bituram decernimus presentibus literis
quibus in fidem sigillum nrum putibus
est appensum. Datum Piotrkonie in Con
ventione gnali feria Quinta post festum
sancti Joannis Baptiste proxima Anno do
mini M°. D°. L°. Regni vero nri xxi°

Locatio Oppidi Tar low in palatinatu San domiriensi

In nomine domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Quoma facta
humana quantumcumq3 memorabilia fa
cile interirent, nisi literarum beneficio quae
res scitu dignas et necessarias aboleri no
patimur, fuerint immortalitati conse
crata. Unde nos Sigismundus Augu
stus dei gra Rex Polonie: magnus dux
Lituanie necnon terrarum Russie &c

Significamus etc. Quod nos volentes ratio
nibus nris consulere, proventusq3 et com
moda tempore felicis regiminis nri in
Regno et dominijs nris augere plenam
et omnimodam potestatem et facultate
dandam et concedendi duximus, ita vt
tenore presentium damus et facimus Generoso An
dree Tharlo fideli nobis dilecto, locandi
in nona radice oppidum, in fundo ipsius
hereditario bonorum Segekargonicze in La
tinatu Sandomirien situm, quod Tarlow
appellari debet. Quod quidem oppidum nos
ipsi erigimus et fundamus harum serie
literarum. Vt autem locupletum oppidum
quandoq3 degeneret ipsi melioremq3 conditio
nem et mercimentum: damus incolis
omnibus eius presentibus et futuris Jus
Theutonicum Remouendo ab eis et oppi
do pfato, omnia Jura terrestria Polonica
modos et consuetudines vniuersas, que
Jus Theutonicum perturbare contingue
rent. Eximimusq3 dictum Oppidum
Tharlow ac oppidanos incolas et subdi
tanos eius presentes et futuros, prout
eximimus et liberamus presentium per
tenorem perpetuo et in eternum, ab omni
iurisditione et state in vniuersum

omnium et singulorum Regni dominiorumq3
norum Latatinorum Castellanorum Ca
pitaneorum. Judicum Subjudicum et qro
rumuis Officialium et Ministerialium co
rundem. Ita quod coram ipsis aut aliquo ipso
rum seorsum Vicegerent pro causis tam
magnis quam parvis et quibuscunis excep
sibus vel rebus citati parere vel respondere
et ob non comparitionem et condemnationem
quamcumq3 aliquas penas persolvere non
tenebuntur. sed coram Advocato suo pro tpe
existen Jure Theutonico respondebunt. Ad
vocatus vero coram nobis et successoribus
suis, non nisi eodem Jure Theutonico om
nibus de se querentibus respondere tene
bitur et debebit. In causis vero omnibus
tam Civilibus quam criminalibus seu
capitalibus puta furti homicidij membroꝝ
mutilationis incendij et quorumuis de
lictorum malefficorum excessuum et cri
minum omnium eidem Advocato pro
tempore existenti cum Scabinis et Juratis
oppidi prefati non nisi Jure Theutonico
secundum dispositionem et formam ipsius
plenam damus et concedimus facultatem
et authoritatem audiendi indicam cognoscen

sententiandi corrigendi condemnandi
plecten tenore putinm mediante. Quem
Aduocatum substituen et destituen pre
fatus Andreas Tsarlo successoresq3 eius
habebunt facultatem uti ex re ac utilitate
eius magis futurum illis visum fuerit
Praeterea ut praedictum oppidum Tsarlow
citius et firmius coalescat, et maior popu
li multitudo ad oppidi praefati posscessio
nem conueniat: dedimus et concessimus
damusq3 et concedimus ex speciali gra
tia Regia omnibus subditis et incolis
ac suburbanis eiusdem oppidi libertatem
et immunitatem, ab omnibus et singulis
Tseloneis exactionibusq3 Ciuilibus seso66
vulgariter nuncupatis, ac ab aliis contribu
tionibus quibuscunis pro Reipublica neces
sitate laudatis et statutis. Necnon a
foralibus Ciuitatum et oppidorum inco
len ab eorum solutione et contributione
seu exactione Dnorum illorum Copowe dicta
fine ad decursum Viginti annorum a
data putinm computandq. Praeterea insti
tuimus Duo fora annalia seu Nundinas
in eodo oppido, unas pro festo sancti Mi
chaelis: alteras pro festo sancti Stanislai
in Maio singulis annis agen, et vnum

Septimanale forum singulis ferijs quarterijs
Quocirca Exactori terre Glandoniensis
moderno et pro tempore existenti ac vniuer
sis et singulis Capitaneis nris ac eorum vi
ce capitaneis dominij damus ac mandamus
vt prefatos Incolas oppidi Tharlow in fac
libertate per nos illi grobe concessa ad de
ctum prescripti temporis conservetis
ab illisq3 multas exactiones et contributio
nes landatas et landandas publicas et pri
natas exactione Cgoporve dictam sed nec
foralia pontalia aut Thelonea antiqua nuis
exceptis exigatis neq3 exigi a quoquam fa
ciatis sine permissionis. Quibusquidq3 vigili
armis expletis prefati oppidani et Sub
urbani eiusdq3 oppidi Tharlow dicta The
lonea foralia pontalia aggeralia in illis
locis omnibus tali modo solvent vti &
quemadmodum reliqui Cives Civitatu
et Oppidorum nrorum solvunt et fulus
temporibus solvent. In cuius rei fidem
et testimonium sigillum nrum presen
tibus est appensum Datum Lichfeeld in Co
ventione nrali Regni feria Tertia ipo
die festi sancti Johannis Baptista Anno
dom M°. D°. L°. Regni vero nri xxj°
Presentibus vt supra

Rex
vt supra

Aduitalitas Alexandri Modliboc in villa Sowikowo

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc
Quia quemadmodum Dnus parens noster
desyderatissimus concesserat Nobili Ale-
xandro Modliboc villa nra Sowikowo di-
strictus Sniwladissamien temtario. cam
villam in smnus capitalibus in ste inscri
ptis secmq inscriptiones originales ad
vitam ipsius possidere eo non obstante q
priorq consensus Regij literas casu quoq
fortuito amiserat: facultatem tamen pre
mensa Regia redimendi sibi posteriq3
smb reservando. Nos pariter ad diligen
tem intercessionem certorq Regni nri
Procerum, in possessione villa Sowikowo
istius ad extrema vsq3 vita tempora
Alexandrum et conjugem ipsius conser-
vare statuimus vti conservamus pre
sentibus. Cuius fominum quin et nobis
ipsis pro mensa Regia redimendi fa-
cultatem amputando. Verbo nro Regio

promittentes: nemini illos a nobis ſuc-
ceſſoribusq3 nris redimi permittere Sed
neq3 ipſi ſucceſſoresq3 nri redempturi ſut
quamdiudnum vita ſuperſtites fuerint
illis tamen defunctis liceat nobis nrisq3
ſucceſſoribus heredes eorum inſcripta
pecunia redimere et alios redimen per
mittere. ſuribus nris Regalibus ſalvis
ſemper manentibus. Harum quibus &c
Dat Liotſreonie in Commentione quali
feria ſexta poſt dini Joannis Baptiſte
feſtum proxima. Anno dom. M°. o°.
Lo Regni ſuerdi nri [illegible]tio vt ſpra

Litere pro parte Nobilis Jacobi Gradzi-mowskij

Sigismundus Augustus &c Significans &c. Cum Nobilis Jacobus Gradzimow-ſky per quosdam Nicolaum Drotzka et Joannem Stampor malefactores occaſione cuiusdam facinoris proclamatus eſſet, illiq3 eiusmodi proclamationem libere coram officio in Oppido Srzenſko renocaſſet

camq3 morte sua eum panas daturi eo; sent non confirmasent. Nos cum Con: siliarijs nris, eiusmodi proclamationem nullam esse pronunciamus, neq3 bona famæ et existimationi eiusdem Jacobi Gradzimorskij posteriq3 eius temporibus sempiternis nocere posse nec debere publicis literis decernimus. In cuius rei fidem &c. Datt. Liotreconia xxvij Junij Anno dom. M°. d°. L°. Regnorum

Rubrica ut sup.

Confirmatio limitum inter bona Regia Capitaneatus Drohic Rohatinen, et bona hereditaria Generosi Stanislai Herburth als Fredrusch, et bona Zendowicze et Przibin Nobilium Klodnickich

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie magnus Dux Lituanie necnon terrarum Cracouie &c. Significamus &c

Productum esse coram nobis per Generosum
Stanislaum Herburtt a Fulstyn Vexillife-
rum Haliciens Actum Commissariorum no-
strorum infrascriptorum per nos ad faciem
limites inter bona inferius descripta desi-
gnatorum. Supplicatumq3 nobis esse vt eun
ipsum Actum authoritate nra Regia appro-
bare et confirmare dignaremur. Cuius te-
nor est iste. LETKVS Kmitha Comes
in Wisznicze Cracouiensis Palatinus, Regnq3
Polonie Supremus Marschalcus, Cracouien. ge-
neralis Sceptrifer Premislien Colenq3 Ni-
colaus Odnowski de Fulstyn Premisliensis
et Leopolien Albertus Starzechowski belzen
et Drohobicen Castellani et Capitanei. Ale-
xander de Sieniawa Haliciens. Joannes Her-
burtq3 de Fulstyn Leopolien. Joannes Her-
burtq3 de eadem Fulstyn Camenecen Sue
camerarij et Nicolaus Liesnijowski Judex
terrestris Leopolien, tanquam Commissa-
rij per S:R:Mtem ad limitan bona S:R:Mtis
vgt villas Zendowicze Pstibyn tenuta
Kobilinum. Andreæ Michaelis Malskia Ste
phani et Georgij filiorum, ac Catherine
relicte Kobilis olim Stanislai Klodnickij
ac villas Matseiow Korlichicze Gerusze
Kliczkowna Luda et Lodgrodzie tenuta

Mągci Andrea Comitis in Chenczin Pala-
tini Lublinen Rohatinen Sniatgin-en-que
Capitanei ex vna, et hereditaria Generosi
Stanislai Herburtg a Fulstgin Vexilliferi
Halicien oppida nonum et antiquum
Strzelcze Arcem et oppidum Lodkamienie
et bona ad prefatum oppidum pertinen
villas vgst Limboza Lodborze Fraga Jaglu-
ssa Swigodol Decgowa et Dziegky in distri
ctu Leopolien vtg parte ex altera, vigore
Commissionis eiusq S: R: Mtis dati et
deputati. Significamus tenore presenti
um quibus expedit vniuersis et singulis
putibus et futuris harum noticiam ha-
bituris. Quia nos parentes mandato et
Commissioni eiusq S: R: Mtis ad dicti
nitan supra dicta bona, inter partes su-
pra dictas sub tali actu qui sequitur et
est talis. Acta sunt hec in loco diffe-
rentiarum Sylnebrei, penes fluuium di-
ctum Swirg vbi incidit et influit torrec
dictus Rzegnianka inter bona hereditates
oppida, nonum et antiquum Strzelicze Ar-
cem et oppidum Lodkamienie, et alia bona
ad prefatum oppidum pertinen, villas vgst
Limboza Lodborze Fraga. Jaglubca Swigodol
Decgowa et Dziegky. Generosi Stanislai

Herburtg a Fulstin vexilliferi Halicien parte
ab vna, et pariete ab vno, et Zendowicze ad lr-
bin Regalia, tenuta Nobilium Andrea Mi-
chaelis Matsia Stephani et Georgij filiorum ac
Catherine relicte Nobilis olim Stanislai Klo-
dnickij parte ab altera, et pariete ab altero; et
villam Tuchnianka hereditariam cis bonis
collateralem contignam et adiacentem Ge-
nerosi Andreae Szwierskij protime parietem su-
um attentam et custodien feria secunda pro-
xima ante festum Sancta Sophia Anno
domini Millesimo quingentesimo quadra-
gesimo vono. coram Illustri Magco et Ge-
nerosis. Petro Kmitha Comite in Wisnicze
Cracq Palatino, Regniq3 Polonia Supremo
Marsalco. Crac generali Sczepusien Premi-
slien Colenq3. Nicolao odnowskij de Ful-
stin Premislien et Leopolien Alberto
Starzechowskij Belzen et Trembowlen Castel-
lanis et Capitaneis. Alexandro de Sienia-
wa Halicien. Joanne Herburtg de Fulstin
Leopolien. Joanne Herburtg de eadem Ful-
stin Camenecen Succamerarijs. et Ni-
colao Liesnowskij Judice terrestri Leopo-
lien, tanquam Judicibus Commissarijs
per S: R: Mtem, in camba infrascripta dalt
et deputatis. Presentibus Generosis Stanislao

Herburth de Fulstin Succamerario Premisli-
ensi, Petro Boratzinskij Viceccapitaneo Cra-
coñien. Stanislao Herburth de Fulstin et Ku-
kij Jow. Stanislao et Joanne Derbnjakowie
Adamo Siennnborskij Joanne Fredro Seba-
stiano Zorawinskij. Stanislao et Georgio Swir-
okij, Petro Klus, ac Promdis. Jacobo de Lod.
Kamieniyc et Petro de Starebjsolo Minist-
rialibus Terrestribus Leopolien et aliis
quam plurimis testibus fidedignis circa
premissa. Tanq Generosus Stanislaus
Herburth a Fulstin Vexillifer Halicien
reproduxit coram eisdem dominis Com-
missariis Kras commissionis S. R. Mtis
